

Summarium

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Domini
Patroni Colendissimi.

Num. 1. De postulatis Canonorum Ecclesie Cathedralis Warmiensis
secunda re- ad vos Eminentissimi Patres iterum referre visus, cum
Latio Ami num- mandati huius Vestri causam fuisse videam Libellum
ty Polonia trans- paulo ante ad vos allatum, quem ipsum Typis editum ad
missa Sa Con- me pro Vestra benignitate mitti curastis: eam esse mentem
gregationi Con- vestram interpreto, ut meum de ea causa Iudicium,
cilij.

quod Superioribus mensibus mandato Vestro Vobis aperui,
nunc diligenter recognoscam, eoque cum rationibus momen-
tisq; memorati Libelli collato, aut illud tuear, atque
confirmem, acut Authoris libelli argumentis superatus
sententiam mutem.

Quod quidem antequam aggredior, non inutile fore arbitror verbo
saltem Indicare, quamquam in hac causa magni Contra Warmi-
enses Sacerdotes Adversarij Nare videantur, non facile tamen
Statui posse, quisnam Et conuincendi; et ad vos afferendi Li-
belli Author fuerit.

Ac eius quidem Inscriptis Saceri Warmiensium Episcoponi
Patrimonij Curatoris, nec eos tantum, qui munus illud nunc
gerunt, sed et qui futuris temporibus gerent nominat;
Et quod in Vram ad me Epistolam translatum fuisse
animadverto.

Priora vero eiusdem Capita Serenissimi Regis mandata osten-
tant, totamq; Polonorum Remppiam hoc Warmiensium
postulato gravissime commotam, ad Vestram Emi Patres Ju-
stitiam, atq; Sagacitatem, confugere sine ulla dubitati-
ne affirmant. Qua in re si assenvero; Sapientiam Vram
in huiusmodi causis disjadicandis, earum Ipsarum ratio-
nibus tantum modo duci, nec quidquam omnino referre, quod
dignitate sint, qui supragentur, aut adversentur a nemi-
ne reprehensum meliori arbitror.

A
Priora Capi-
ta Contrarij
Libelli nullo
reputantur fun-
damento.

Et cum tamen se se res habeat et Libelli Inscriptio nem, et
eiusdem priora Capita nullo fundamento niti sine ulla du-
bitatione affirmo. Primo enim cum Diocesis Warmiensis
habeat omni sane Laude cumulatum Antistitem quem no-
tandem alium eius Patrimonij Curatorem Libelli Auctor

Designare potest? cum vero cum Capituli sui precibus Litem
ad vos antea et nunc iterum datis Apertissime Suffraganiam
telligam. De eo, qui eius nomine eadem oppugnat vos iudicium
feretis.

B.
Dico futurum
sit Episcopus
Varmiensis
ignorat, cum
ad huc non fu-
erit electus.
nec Ecclesia
valet.

Ego neque id video quomodo futurorum Varmiae Episcoporum
Persona imponi cuiquam possit, aut quod magis est sponte ab
ullo capi; ut disceptationi huic interesse iure possit. huc ven-
tiam pertinere existimo, quod antequam in eum de ha-
c causa iudicium iterum edam, iussus a Vobis sum omnes, quo-
rum in hoc negotio fas aliquid agi videatur, citare, ac deli-
genter addire. Qui quidem quos nam esse statuam, haec
facile video. Varmiensis enim Episcopi notus est vobis
mihique ipsi Sensus. Id vero qui Serenissimi Regis Designa-
tione, ac Pontificis maximi Beneficio, ipsius locum tene-
bit, Sacrorum canonum peccator, atque observantior est,
quam ut eo Episcopatu, nondum sibi Pontificia Auctoritate
confirmato existimare possit, Varmiacenses res iam nunc
se ullo modo pertinere.

C.
In decursu tri-
mensium nul-
lus comparuit,
qui dicitur in-
teresse habere
in causa

Ad etiam haec esse arbitror quod re ipsa plurimorum
sermonibus a tribus omnino mensibus in tota Varmia pu-
gata, si quis est, qui in hac causa aliquid rei suae agi possit
ignorare non potest datum mihi negotium esse, ut de ea
iterum cognoscam. Edicto quidem Publice proposito, quem quod
a me nominationem vocari oportuisse non arbitror.

Quod vero Serenissimum Regem, totam Polonorum Gentem
Varsavia ad Comititia celebranda coactam, ipsum presertim
Senatum hoc sacerdotum Varmiensem postulato, gra-
vissime perturbatos fuisse, ac nonnullos ex eo actu ad
one brevi missum in, qui Serenissimi Regis et Senatus nomine
meum ob eam causam ex postularentur, relatum ad Vos
fuerit; miror equidem absit verbo Invidia, quemquam ea fro-

D.
Domus Nuntius
fuit presens
Varsaviae toto
tempore, quo ha-
bita sunt omni-
Comititia, et in
eis nullum ver-
bum fuit de hoc
Ecclesiae Varmi-
ensis negotio

te fuisse, ut tanta et tam a verbo aliena vobis P. P. E. ex-
p. Hec non dubitaverit. Quo tempore Regni Comititia in
Urbe habebantur, ne momento quidem pedem Var-
savia extuli, ac praterquam quod omnia Comititorum
Acta ad me descripto quotidie afferri curavi, cum in proce-
rum Catibus quotidie versarer, in quibus nullus fere nisi
comitij sermo erat, nec verbum quidem de hoc Varmien-
gotio unquam audivi. Neminem praterea ex Senatorum
Numeris fuisse puto, qui me non officij causa Domi mea con-
ner

nenit, aut quo cum plures locutus non fuerim, cumque per
 multi etiam ex Legatorum Provinciaium Numero, quos Poloni
 nuntios Terrestres appellant me varijs de rebus adierint, var-
 miensem causam nemo attigit. Solatis Comitij habitus est co-
 ram serenissimo Rege pro more Gentis Senatus, cum per
 multi ex Terrestribus Nuntijs etiam num Varaviae agerent,
 sane ut si unus quisq; Provinciae negotia curaret, quam-
 quisq; Senatorum in eo sententiam dixerit, quibus de rebus
 retulerit, omnes norunt, de Varaviensi negotio nulla addita
 vox, ex quo colligi potest, neminem in eo locum fuisse, qui aut
 de libello vobis oblato aliquid audierit, aut huius rei mentione
 injecta, aliquam eius orationi veri speciem ut unq; inducere
 curaverit.

E Senatores quidem omnino quinq; ex Senatus Consulto a serene-
 sissimo Rege missi ad me venerunt, quorum tamen
 omnis sermo atq; actio in Polonorum Monasteriorum
 Jure versata est, quod, quemadmodum eos S. P. minime
 ignoratis. Res publica ad se pertinere contendit. De Varaviensi
 Negotio mirum silentium ac sane si opus esset, etiam
 pigroreposito contenderem ipsum serenissimum Regem, ma-
 gnamq; Senatorum partem de eo unquam nihil audire. Ne-
 mo enim est qui existimare possit, in eo publicam ullam rem
 agi. Itaq; cum integram vobis S. P. S. De huiusmodi rebus
 iudicandi potestas esse debeat, eam nunc animadvertere poter-
 tis nulla extrinsecus adducta ratione, ne leviter quidem ten-
 tan.

F Ut autem ad causam ipsam aliquando veniam eam vobis nunc
 sus tantummodo perdere pendendam proponam. Atq; est sane
 ut libelli conscriptori gratias agendas esse putem, quod cum
 qua Polonorum Senatorum necum oratio esset futura,
 ipse antea Roma sciret eam ad vos S. P. S. Singulari dili-
 gentia afferre curavit. Nam si cum nemo Senatorum Li-
 bellum ne praecuntem quidem noverit, seuturve fuerit, si
 nisi id ille egisset rationibus, quas ego pariter et ipsi,
 ignorarem respondere nullo pacto possem. ab eo autem
 iniecit, ut queratur, me in hac causa neminem contra-
 dicentem audire.

Primum omnibus ad me venientibus aures quotidie po-
 nitur. Nemo nisi antea rogatus sermonem de eo meum
 sacrae Congregationis.

Lesong Lea Sena-
 toris alijs ni-
 hil dixerunt,
 nec audierunt
 Superis ne-
 gotij-

Nemo ullus
 contradicitor
 Capto Varaviensi

habiturus venit. Deinde cum Capituli postulata diligenter
 considerassem, ac simul quis Episcopi Sensus esse Cognosce-
 rem velim ad eos Doceri, qui nam abij mihi ex Sacrorum Cano-
 num Institutis fuerint Audiendi; atq; idcirco rite vocandi.
 Nemo tunc erat a Serenissimo Rege Warmiensis Episcopus
 Designatus, nec qui nunc est, præter Regis voluntatem
 quæquam habet, eundemq; minime dubito, cum Episcopatum
 Warmiensem inibit, alio animo fore, quam ut Religiose sibi ser-
 vanda arbitretur, quæ vestra Authoritate constituta invenient.

S.
 Sede Episcopali
 vacante Capitu-
 lum Warmie
 exercet omne
 Jurisdictionem
 temporalem,
 pro qua requi-
 runt graves
 curæ, atq; expen-
 sa, quibus taxati
 in certa quota,
 tolluntur omnes
 controversiæ
 cum futuro
 Episcopo. ~

Verum causa ipsitandem aliquando hæreamus, nec ut a
 proprijs eius momenti iterum discedamus eo Libelli Capite
 terreri patiamur, quo magnam omnium Polonia ordinum
 ea ea futuram offensionem affirmat, nihil enim ex huiusq;
 dictis levis, nihil à veritate alienius. Utrum Capitulum
 Warmiense Designandi Suffragij suis Episcopi Warmiensis
 Jus obtineat, nec ne, nihil ad huiusmodi causam referre ar-
 bitror eum quomodo eumq; sese res habeat, vobis Episco-
 patu, pariter ei potestas regenda Dioceses esse debeat, quo
 de tempore ac administratione nunc tantum modo quæstio
 est; quamquam cum libelli auctor Romæ sit, causasq; Warmi-
 enses tractet, iure sane poterat, nec ignorare debuerat de-
 cretum, quod de hoc iure ab S. S. P. S. S. Consistorialis Cælis
 haut ita pridem latum fuit. Qua in re cum nemo dubitet
 quin Warmienses Canonici Antecessorum suorum multis re-
 tro annis exemplo Serenissimi Regis Voluntatem secuti
 sint, non est, quod quisquam ullius perturbationis metum
 injiciat. Igiter cum de vacuo Episcopatu, gerendaq; eo tem-
 pore a Capitulo Diocesis administratione tantummodo quo-
 ratur, nec dubium esse possit, quin pecunia ad sumptus
 eo tempore necessarios ex Episcopatus fructibus accipienda
 sit, id nunc vobis S. S. P. P. proponitur, utrum Consultus fo-
 re existimetis certam eorundem fructuum partem, tertiam
 scilicet Decreto S. S. Canonici adhiberi, quæ sumptus omnes
 ferre possent, ac debeant, an rem, quem admodum huiusq;
 fuit incertam relinqui, cumq; mortuo aut translato ad
 aliam Sedem Episcopo, Sacram Jurisdictionem exercendam, et
 Episcopalis Patrimonij curam Canonici inter se disperiant,
 de eo, quod quisq; suis muneribus expensum tulerit, aut creden-
 dum ipsi sit, aut cum futuro Episcopo disceptandum.

Pro

Profecto aut ego vehementer fallor, aut se res ipsa vobis commenda-
 dat, ostenditq; prior ratione, futuras omnes controversias pru-
 dentia Vestra tolli, posteriori expectari magnas posse. Hic vero
 Libelli author vanum esse huiusmodi controversiarum metu afir-
 mat, sumptus Diocesis administranda, stipendia etiam eorum,
 qui eam curam gerunt, usu ac consuetudine satis esse constituta
 contendit, ac cum ipse Diocesis Varmiensem multis de causis
 majorem praesertim vigilantiam desiderare fateatur, ut id
 circo magno Episcopi curatio opus sit, eandem tamen curam
 Capitulo levem, nec magno sumptu perfici posse statuit. Haec
 eius orationis summa, ac vis esse videtur. Et circo postquam
 ego eidem respondero, vestris mandatis a me satisfactum
 fuisse arbitrari possum. Nullas inter novos Episcopos et Ca-
 pitula controversias timere debere contendit. Scio quidem
 ipsum eam artem profiteri, qua eas non exhorrescat, praeser-
 tim omnium futurorum Varmia Episcoporum Patronus iam
 constitutus. Sed tamen ab omnibus hic intelligo, magnas fere

Adm. Nuntio
 refert materi-
 am contentio-
 num sapientibus
 oriri inter Ca-
 pitula Polo-
 nie et futu-
 ros Episcopos
 ob consum-
 ptionem fru-
 ctuum mensu-
 rum Episcopis
 factam per
 Capitula se-
 de vacante,
 ita ut alijs
 Episcopis
 Polonis ob-
 tabilis sit
 eadem taxa,
 quam impon-
 te petit Var-
 miense Ca-
 pitulum.

semper nec leves earum, et lituras ad Iudices deferantur, aut qui
 Studio, quod turpe novo Episcopo videatur, cum ipsi statim si-
 dentibus devertare, quos Fratrum locus habere debet, aut quod de-
 fitorum sui minus inopia saltem in curanda re familiaris ne-
 glientia, inanem actionem factura videatur. Id quidem omni-
 um, quibus cum his de rebus locutus sum, testimonio affir-
 mare certo possum, neminem unquam fuisse, neminem fu-
 turum, qui Episcopatus alienius possessione inita duas eorum
 fructuum partes sibi servatas inveniat, qui eo vacuo per-
 cipi debuerit. Ea de causa cum nonnulli modo sint, qui
 sermo Regis designatione Episcopatus initari sunt, non eos
 qui dem tam vacuos, sed qui translato ad aliam Sedem Epis-
 copo vocati sint, nemo est, qui a me non magnopere petat,
 ut quo ad populum curam, ne inter Pontificias Deceptionis sui
 Literas, ac suas cum mora ulla interponatur, nam si vel
 paucis diebus, Episcopus vacuus fuerit, certum habent, magnam
 sibi fructuum partem interceptum iri. Hinc ipse in hoc ge-
 nere usum et consuetudinem Poloniae, si Libelli author igno-
 rat doceri facile poterit; Ego nisi rem omnibus Notam, ac
 manifestam viderem, nec eam exponerem, nec auctoritatem
 ac sapientiam Vram exposere affirmarem. Capitula Ipsa
 eam implorante, quomodo vero Varmienensis Diocesis, cura

quo tempore pastore orbata fuerit minoris constare populi
 Capitulo, quam Episcops, magna in ea provincia potestate
 praedito, et Polonia Republica Senatore non tanto auctore
 sum, ut perspicere possim. Facilius est mihi intelligere Ca-
 nonicos minus dignitate, minus opibus affinitatibusq;
 minus amicitia apud omnes pollere, quibus rebus Jus nostrum
 minore negotio tuemur. nullum autem tempus orbata
 Diocesis, potentia, atq; insidijs vicinorum infestius esse puto
 nec quidquam minus sperari posse, quam ut per id tem-
 pus, nulla religioni, aut sacra disciplina, nulla sacra
 aut civili Varmiensis Episcopatus Jurisdictioni molestia
 inferatur, ut non saepe necesse sit Capitulo ad Serenissimum
 Regem, primariosq; Reipublicae ministros, aut ad vicinos ipsos
 aliquem ex suis mittere, qui de acceptis Injurijs, et qua non
 sine causa timentur, de qua ipsi propulsandis agat. Qui
 magnam Prussiae partem in potestate habet, ad octua-
 ginta hominum millia habere in armis dicitur; tenet
 praeterea pignoris causa agrum Elbingensem, atq; in suis
 familia illud quasi proverbij loco praedican intelligo, pul-
 chrum se quidem annulum Prussiae habere, sed sine
 gemma, quod Varmiam alter teneat. Haec ad communes
 aliarum Diocesum Curas, ac sumptus Varmiae accidunt.
 Num igitur satis causa est, ut provideri oporteat, ne Ca-
 pitulo quo tempore in Episcopi Natione collocatum fuerit,
 nihil desit ad Diocesim, ab omni periculo ac damno defen-
 dendam, remq; omnem publicam, in bono statu conser-
 vandam? Quod si harum rerum causa Vobis P.P. & S. ad Sti-
 pulantibus, cum futuris omnibus Episcopis pacto esse obligaverit, ter-
 tiaq; fructuum parte tibi adscripta, et quotidianos sumptus et
 quos aliquando tempora postulaverint ferendos suscipiat,
 ipsis futuris Episcopis utile futurum videtur ipsi omni-
 bus confectis duas reliquas tibi reservari oportere.

J.
 Neg. Permissio Rex,
 nec inelita septem Rex,
 Polonia ad ver-
 satus petitioni
 Capituli Varmie
 nec ex hac cali-
 sa omni populi
 ulli metus, aut
 motus publici.

Quam obrem Patres Eminentissimi, cum nec Serenissimus
 Rex, nec Respublica, ullam huius negotij partem, nec co-
 gnitione quidem attigerit, cum omnia qua Capituli Var-
 miensis petitioni obiecta sunt, vera et inania videan-
 tur, in sententia maneo, et nisi Vobis aliter visum
 fuerit, eius haec de re decretum auctoritate Grae con-
 firmari posse puto, nihil autem mihi Antiquitas aut
 honorificentiae nunquam erit quam in omni observantia genere
 declarari. C.C. & V. Varsaviae 24 Febr. 1723.

Humillimus et Obsequentissimus Famulus
 Vincentius Archiepiscopus Trapezuntinus.